
In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Andreas Mischka
Scolasticus Gneznen et Canonicus Cracovien ecclesiarum Necnon Vicarius Reverendi in xpo patris et domini domini
Sbigneī dei gratia Epi Cracovien in Spiritualibus generalis. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presen
tibus et futuris presencium noticiam habituris. Quod constituti personaliter coram nobis Nobiles viri Nicolaus Gorzek de Th
sczicza et Albinus alias Alban de ibidem alias de Obyrzkow heredes et patroni Vnici prebende seu Altaris Sancti Egidy
Confessoris gloriosi in Ecclesia Parrochiali ibidem in Thsczicza Cracovien dioc. sita nobis relacione monstraverunt. Quod considera
tis et attentis crebris plebanorum seu Rectorum suorum, alias in dicta Ecclesia Thsczicza existentium incomoditatibus non modicis
ex eorum discordys controversys et rancoribus provenientibus. pro salubrius incipiendo remedio. ne etiam prium et incomo
ditas ipsi Ecclesie imminerent aliquales. Zelo bono et salubri freti consilio inter se concorditer convenientes ad invicem non compul
si nec coacti. neque aliquo dolo seu errore circumventi. sed matura ipsorum deliberacione prehabita. sani mente et corpore. Divinumque cul
tum in eadem Ecclesia fervencius adaugere cupientes. recognoscentesque et per expressum confitentes sponte et libere. se patres vo
tes. seu par et equale Jurispatronatus vnius partis dicte Ecclesie in Thsczicza et eorum progenitoribus et successoribus legittimis. ex
Causa fundacionis erectionis et dotacionis eiusdem ab antiquo obtinere et habere. Eiusdem vnius partis Ecclesie vacantis nunc per li
beram resignacionem discreti Andree Schadlofski. eiusdem vnius partis Ecclesie vltimi et immediati Rectoris. et de eadem vna parte
ita ut prefertur vacante. ordinaverunt disposuerunt. erexerunt et creaverunt feceruntque prebendam seu Altare. Ad honorem dei
omnipotentis et sancti Egidy Confessoris gloriosi. Pro qua quidem prebenda et eius prebendario seu Altarista pro tem
pore existenti omnes et singulas decimas manipulares campestres ex antiqua consuetudine et de more ad prius ad dictam vnam
partem Ecclesie pertinentes et spectantes. tum discreto Laurentio Alterius partis Ecclesie eiusdem Rectore. seu plebano moderno et pro
tempore existente alternatis vicibus Annis singulis sese immediate sequentibus habendas levandas tollendas percipiendas possidendas
et locandas. vtifruendasque et in eorum vsus beneplacitos libere convertendas voluerunt. deputaverunt et temporibus perpetuis dotaverunt.
Dederunt etiam pro medietatem vnam omnium Agrorum et pratorum ac Taberne vnius. Necnon Columbacionum et Offertory eme
lumentorumque omnium. Item pro eodem Rectore. et aliam medietatem pro vicario qui erit pro tempore assignaverunt addiderunt.
et etiam adiunxerunt. quibus idem vicarius erit et esse debet contentus. Minister vero eiusdem Ecclesie pro tempore existens
de medietate laneī de Agris predictis quem tenuit et colit Albertus alias worth. Tabernator ibidem in Thsczicza Annuum
censum similiter obtinebit et habebit. ipsoque fruetur et gaudebit. Verum quia honor sine onere non datur. Voluerunt
propterea prefati patroni quod Stanislaus dicte prebende prebendarius seu Altarista. Tres Missas vnam scilicet
singulis ferys secundis pro defunctis. Aliam feria quarta pro peccatis legeret per se. aut per alium locosui legi procu
raret. Terciam vero singulis diebus Sabbatinis de domina. seu de beata virgine voce alta cum predictis vicario et Ministro
ac Scolaribus. quibus etiam assistet plebanus quovis impedimento cessante. decantabit. In casu vero si dictis diebus Sabbatis
aliquod festum solempne. aut duplex occurrerit. predicti Nicolaus prebendarius cum vicario et Ministro huiusmodi Missam loco
mature hora solito non obmittent decantare. Item etiam vicarius et Minister eisdem Sabbatinis diebus vesperas dominicis
vero diebus Matutinas sine negligencia more solito et consueto similiter decantabunt. sub pena excommunicacionis. per dominum loci ordina
rium in eos ferende sentencie. si in premissis fuerint quoquomodo negligentes. qua sentencia ipsos prefati patroni ipso facto subici et astringi
voluerunt. Quibus quidem ordinacioni disposicioni et institucioni Alysque omnibus et singulis premissis per prefatos patronos
sic vt premittitur factis et habitis. Alij Alterius partis dicte Ecclesie patroni. videlicet Nobiles Nicolaus Zarno de Tharszniczа.
Petrus de Roszniеcza. Tutor liberorum Nobilis Cemlinski et Andreas de wyrzchowsko heredes predicti bonis annuentes coram no
bis similiter constituti consenserunt. Ipsumque Nicolaum Gorzek et eius liberos et successores legittimos Ad Iurispatronatus eiusdem
Alterius partis Ecclesie seu plebanie libere et concorditer ac per expressum admiserunt. Vt autem prefatorum patronorum huiusmodi
ordinacio et disposicio. omniaque alia et singula premissa suum debitum effectum sortirentur. instituerunt et instantibus postulacionibus
nobis debita requisicione humiliter supplicarunt. quatenus ea admittere. approbare. ratificare. gratificareque et confirmare dignaremur.
Nos igitur Andreas Mischka Scolasticus Gneznen et Canonicus ac vicarius in spiritualibus Cracovien memoratus. eorundem
patronorum huiusmodi peticionibus tamquam iustis et racioni consonis benigniter annuentes. Attento quod iusta petentibus assensus non
est denegandus. omnia et singula premissa in suis punctis et Clausulis rata habentes. duximus admittenda. approbanda. rati
ficanda et confirmanda. Eaque in dei nomine admittimus. approbamus. ratificamus. gratificamusque et confirmamus per presentes.
Decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. Quibus omnibus Auctoritatem nostram qua fungimur interponimus et decretum.
In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras literas. sive presens ratificacionis et confirmacionis publicum Instrumentum per
Notarium publicum et coram nobis Scribam subscriptum. scribi. subscribi nostrique Sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum Cra
covie. Sub Anno Nativitatis domini Millesimoquadringentesimotricesimoquarto. Indictione duodecima. Pontificatus Sanctissimi in xpo pa
tris et domini nostri domini Eugeny divina providencia pape quarti Anno quarto. die vero [illegible]. Duodecima mensis Mai.
hora Nonarum. In domo habitacionis nostre. ex opposito Collegy Canonicorum. in platea Castrensi. in Cracovia site. presentibus
Circumspecto et discretis viris domino Thoma Stephani de Sboczna Notario publico. vicario perpetuo in Ecclesia Cathedrali Cra
covien. Gregorio de Stepanowicze. Petro de Turzalki. Mathia de Wlodzyslaw et Jacobo de Nasanthowicze Ecclesiarum par
rochialium Rectoribus. Cracovien dioc. testibus ad premissa.




Et ego Johannes Stanislai de Wrusbreze. Clericus Gneznen dioces.
publicus Imperiali Auctoritate Notarius. Quia omnia et singula premissa
dum sic vt premittitur coram venerabili viro domino Andrea Mischka Scola
stico Gneznen et Canonico ac vicario in spiritualibus memorato. testibusque
prenominatis agerentur et fierent. in Actis eiusdem domini in spiritualibus
vicary. manu Circumspecti domini Thome Stephani de Sboczna Clerici
Cracovien dioc. publici Imperiali Auctoritate Notarii. ipsiusque domini vicary. ne
gocii et facti huiusmodi coram eo Scribe. scripta et reperta. fore et esse reperi
et inveni. Ideo de eiusdem domini vicary mandato et speciali decreto inde fac
tis in hanc publicam formam manu propria scribens extracta redegi. Signo et
nomine meis solitis et consuetis consignando. vnacum presenti domini vicary ap
pensione Sigilli requisitus et rogatus in fidem et testimonium omnium premissorum.

8

1434

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Andreas Mischka
Scolasticus Gneznensis et Canonicus Cracoviensis Ecclesiarum Necnon Vicarius Reverendi in Christo patris et domini domini
Sbignei dei gratia Episcopi Cracoviensis in Spiritualibus generalis. Significamus tenore presencium quibus expedit universis pre-
sentibus et futuris. presencium notitiam habituris. Quod constituti personaliter coram nobis Nobiles viri Nicolaus Gorstek de Thi-
sczicza et Albertus alias Alban de ibidem alias de Obyzkow heredes et Patroni eiusdem Prebende. seu Altaris Sancti Egidy.
Confessoris gloriosi. in Ecclesia Parrochiali ibidem in Thisczicza Cracoviensis dyocesis. sua nobis relacione monstrarunt. Quod considera-
tis et attentis crebris plebanorum. seu Rectorum duorum. alias in dicta Ecclesia Thisczicza existencium incomoditatibus non modicis
ex eorum discordiis. controversiis et rancoribus provenientibus. ipsis salubriter cupientes occurrere. ne etiam presenti et incomo-
ditas ipsi Ecclesie imminerent aliquales. Zelo bono et salubri freti consilio inter se concorditer convenientes adinvicem non compul-
si nec coacti. neque aliquo dolo seu errore circumventi. sed matura ipsorum deliberacione prehabita. sani mente et corpore. Divinique cul-
tum in eadem Ecclesia fervencius adaugere cupientes. recognoscentesque et perexpressum confitentes sponte et libere se patres vo-
ces. seu par et equale Iuspatronatus unius partis dicte Ecclesie in Thisczicza et eorum progenitoribus et successoribus licitimis. ex
Causa fundacionis erectionis et dotacionis eiusdem abantiquo obtinere et habere. Eiusdem unius partis Ecclesie vacantis nunc per li-
beram resignacionem Discreti Andree Schadlofski. eiusdem unius partis Ecclesie ultimi et immediati Rectoris. et de eadem una par-
te ut prefertur vacante. ordinaverunt. disposuerunt. erexerunt et creaverunt fecerintque Prebendam. seu Altare. Ad honorem Dei
omnipotentis et sancti Egidy. Confessoris gloriosi. Pro qua quidem prebenda et eius prebendario. seu Altarista pro tem-
pore existenti omnes et singulas decimas manipulares campestres ex antiqua consuetudine et de more ad presens ad dictam unam
partem Ecclesie pertinentes et spectantes. tunc Discreto Laurentio Alterius partis Ecclesie eiusdem Rectore. seu plebano moderno et pro
tempore existente alternatis vicibus Annis singulis sese immediate sequentibus habendas. levandas. tollendas. percipiendas. possidendas
et locandas. vendendasque et in eorum usus beneplacitos libere convertendas voluerunt. deputaverunt et perpetuis temporibus dotaverunt.
[illegible] etiam per medietatem unam omnium Agrorum et Pratorum ac Taberne unius. Necnon Columbaticum et Offertorii. emo-
lumentorumque omnium. sorte pro eodem Rectore. et aliam medietatem pro vicario qui erit pro tempore assignaverunt. addiderunt.
et etiam adiunxerunt. quibus idem vicarius erit et esse debet contentus. Minister vero eiusdem Ecclesie pro tempore existens
de medietate laneri de agris perditis quem tenuerunt et colit Albertus alias woyth. Tabernator ibidem in Thisczicza Annuum
censum similiter obtinebit et habebit. ipsoque fruetur et gaudebit. Verum. quia honor sine onere non datur. Voluerunt
propterea prefati patroni. quod Stanislaus dicte prebende prebendarius. seu Altarista. Tres Missas. unam scilicet
singulis feriis secundis pro defunctis. Aliam feriis Quartis pro peccatis legeret per se. aut per alium loco sui legi procu-
raret. Terciam vero singulis diebus Sabbatinis de domina. seu de beata virgine voce alta cum predictis vicario et Ministro
ac Scolaribus. quibus etiam assistet plebanus quovis impedimento cessante. decantabit. In casu vero si dictis diebus Sabbatis.
aliquod festum solempne. aut duplex occurrerent. predictus Nicolaus prebendarius cum vicario et Ministro huiusmodi Missam loco
mature hore solito non obmittent decantare. Item etiam vicarius et Minister eisdem Sabbatinis diebus vesperas dominicis
vero diebus Matutinas sine negligencia more solito et consueto similiter decantabunt. sub pena excommunicationis. per dominum loci ordina-
rium in eos ferende sentencie. si in premissis fuerint quoquomodo negligentes. qua sentencia ipsos prefati patroni ipso facto subici et astringi
voluerunt. Quibus quidem ordinacioni. disposicioni et institucioni Alterius omnibus et singulis premissis per prefatos patronos
sic ut premittitur factis et habitis. Alii Alterius partis dicte Ecclesie patroni. videlicet Nobiles Nicolaus Carnio de Charszinyczka.
Petrus de Roszniecza. Tutor liberorum Nobilis Cemlinski et Andreas de wirzchowsko heredes presentes votis annuentes coram no-
bis similiter constituti consenserunt. Ipsumque Nicolaum Gorstek et eius liberos et successores legitimos ad Iuspatronatus eiusdem
Alterius partis Ecclesie. seu plebanie libere et concorditer ac perexpressum admiserunt. Ut autem prefatorum patronorum huiusmodi
ordinacio et disposicio. omniaque alia et singula premissa suum debitum effectum sortirentur. institerunt et instantibus postulacionibus
nobis debita requisicione humiliter supplicarunt. quatenus ea admittere. approbare. ratificare. gratificareque et confirmare dignaremur.
Nos igitur Andreas Mischka Scolasticus Gneznensis et Canonicus ac vicarius in Spiritualibus Cracoviensis memoratus. eorundem
patronorum huiusmodi peticionibus tamquam iustis et racioni consonis benigniter annuentes. Attento quod iusta petentibus assensus non
est denegandus. omnia et singula premissa in suis punctis et Clausulis rata habentes. duximus admittenda. approbanda. rati-
ficanda et confirmanda. Eaque in dei nomine admittimus. approbamus. ratificamus. gratificamusque et confirmamus per presentes.
Decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. quibus omnibus Auctoritatem nostram qua fungimur interposuimus et decretum.
In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras literas. sive presens ratificacionis et confirmacionis publicum Instrumentum per
Notarium publicum et coram nobis Scribam subscriptum. scribi. subscribi nostrique Sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum Cra-
covie. Sub Anno Nativitatis domini Millesimoquadringentesimotricesimoquarto. Indictione duodecima. Pontificatus Sanctissimi in Christo pa-
tris et domini nostri. domini Eugenii divina providencia pape. Quarti Anno Quarto. die vero [illegible]. Duodecima Mensis May.
hora Nonarum. In domo habitacionis nostre. ex opposito Collegii Canonistarum. in platea Castrensi. in Cracovia site. presentibus
Circumspecto et discretis viris dominis Thoma Stephani de Sbochina Notario publico. vicario perpetuo in Ecclesia Kathedrali Cra-
coviensi. Gregorio de Szczepanowicze. Petro de Zurzalka. Mathia de Wlodzyslaw et Jacobo de Nasanthowicze Ecclesiarum par-
rochialium Rectoribus. Cracoviensis dyocesis. testibus ad premissa.



Et ego Johannes Stanislai de Wrzesczicze. Clericus Gneznensis dyocesis.
Publicus Imperiali Auctoritate Notarius. Quia omnia et singula premissa
dum sic ut premittitur Coram venerabili viro domino Andrea Mischka Scola-
stico Gneznensi et Canonico ac vicario in spiritualibus memorato. testibusque
prenominatis agerentur et fierent. in Actis eiusdem domini in spiritualibus
vicarii. manu Circumspecti domini Thome Stephani de Sbochina Clerici
Cracoviensis dyocesis. publici Imperiali Auctoritate Notarii. ipsiusque domini vicarii no-
tarii et facta huiusmodi coram eo Scribe. scripta et reposita. fore et esse reperien-
tes in hanc publicam formam manu propria scribens exinde redegi. Signo et
nomine meis solitis et consuetis consignando. Unacum appensione dicti domini vicarii ap-
pensionis Sigilli. requisitus et rogatus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Anno dni 1509 die vero Iouis 21
Februarij oblat.